

D. D.

THESES MISCELLANÆ,

QUAS

*Consent. Ampliff. Facult. Philos. in Reg. Acad.
Aboënsi,*

Sub PRÆSIDIO

PETRI KALM,

Oecon, PROFESS. Reg. & Ord. Reg. Acad. Scient.
Holm. MEMBRI,

Nec non

Rectoris Acad. h. t. Magnifici,

PRO GRADU


Publice ventilandas sistit,

DANIEL LITHANDER,

SATACUNDENSIS.

Die XXII. Sept. Anni MDCCLVI.

L. H. Q. C.



ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland, JACOB MERCKELL.

THE
MISCELLANEA

Copied from the original in the
Library of the
University of Cambridge

Sub PR. 210

PETRI KALM

Occur. PRESS. King & Sons, York, Aerial Station
Hobart, MEMBERS

Reg. Acad. h. e. Magnifici

PRO GRADU

DANIEL LITHANDER

STYABUNDEN

Die XVII. Sept. Anni MDCCCLVI

ABOE, impet. Die A. & J. Mergell, Mergell, Das
Einsiedl JACOB MERGELL

THESIS I.

Quamvis nonnulli Oeconomiam in Vulgarem & Philosophicam seu Artificialem dividant; indoli tamen ipsius rei magis conveniens est communiter recepta divisio, qua in Publicam & Privatam dispescitur.

Thef. II.

Quatuor solent constitui partes Oeconomiae Privatae, Agricultura nimirum, Metallurgia, Fabricae & Commercia, quibus jure meritoque addi potest quinta, non minoris momenti quam ceterae, nempe Venatus.

Thef. III.

Vinlandiam bonam veterum, (*Wijnland det gods* da) quam saeculo decimo & undecimo sapius adiere Norvegi, Americam fuisse Septentrionalem, extra dubium est.

Thef. IV.

QUAMVIS Physica, maximos nostro ævo ceperit progressus, vix tamen sperare licet, eam aliquando ad ejusmodi exurgere fastigium, ut omnium Phænomenorum rationes reddere queamus. Sic tempestates futuras, nec ante nec post hac, ea certitudine, qua Eclipsis solis atque lunæ, unquam prædici potuisse aut posse, tuto asserimus.

Thef. V.

VERAM assensus vaporum causam, nondum detectam esse, qui rem penitiori examini subiciunt, fateantur, necesse est.

Thef. VI.

INTER Phænomena naturæ maxime majestatica, merito fulmen atque terræ motum referimus, quorum quidem causas investigare, hominibus licitum esse concedimus, modo id debita fiat subjectione, & ne tanta industria in horum causas inquiramus naturales, ut Numinis omnipotentia in his quam maxime conspicuæ obliviscamur.

Thef. VII.

TAM arcto inter se coherent nexu, Physica, Chemia & Historia Naturalis, ut facilius esse existimemus, has in uno invenire subjecto scientias, quam unam penitus separatam ab aliis.

Thef.

Thef. VIII.

Quemadmodum in Physica, sic & in Chemia, maximi momenti est doctrina de attractione mutua corporum, quam frustraneo conatu, multi ex natura proscribere conati sunt.

Thef. IX.

Sive in definitione tertii Regni Naturæ, differentiæ specificæ loco adhibeamus vocabulum *Lapideum* cum Nobilissimo LINNÆO, si-ve Minerale & *Fossile* cum Celeberrimo WALLE-RIO aliisque, perinde fere est, quum neutrum exacte rei naturam exhauriat. Fatemur nos, vocem huic fini adæquate aptam non proflare.

Thef. X.

Controversiam inter Mineralogos agitatum, de generatione lapidum, utrum nimirum per appositionem externam, an vero per circulationem internam fiat, nondum ad liquidum perductam esse, asserere non dubitamus.

Thef. XI.

Duo imprimis circa Metalla observare licet phœ-nomena singularia, nempe odium illud infensissimum inter aquam & cuprum solutum, & minus volumen ferri liquefacti, quam frigidi e-

jusdem scilicet massæ; quorum quidem rationes adæquatæ, nos adhuc latere existimamus, licet non ignoremus, varias his explicandis a viris eruditissimis excogitatas esse.

Thef. XII.

PER *βίβρα* Luc. XVI. 19. qua induebatur dives ille, intelligi vestimenta e regno vegetabili, non vero e fossili desumpta, plurimæ sudent rationes.

Thef. XIII.

QUUM experientia comprobare videtur, Cretam, qua Ruricolæ Anglicani agros suos saginare solent, tractu temporis, in Silicem commutari, hinc nonnulli contendunt, hunc ab illa generari; Verum possunt etiam rationes ab altera parte afferri, quæ sudent, Silicem dissolvi in Cretam, sive id ipsum per vim aëris fiat, sive per alias causas adhuc latentes. Nos difficillimum esse contendimus, aliquid certi statuere, num videlicet Creta a Silice, an vero Silex a Creta oriatur.

Thef. XIV.

LICET communi fere experientia comprobatum sit, Silicem igniarium sine Creta alicubi non repe-

reperiri; observationes tamen in America factæ, hanc universaliter non veram esse, innuere videntur.

Thef. XV.

Rationem sufficientem stratorum Siliceorum horizontalium in fodinis cretaceis Cantii in Anglia dare, difficillimum est & fere prorsus impossibile.

Thef. XVI.

Dari Cretam cum aqua frigida semper effervescentem, haud scio, quomodo tuto asseri potest.

Thef. XVII.

Marmora quædam particulis indistinctis, quædam particulis spatheis, quædam etiam utrisque, tam indistinctis quam spatheis constant.

Thef. XVIII.

Mineralogo non sufficit sensibus externis tantum ad distinguenda corpora sibi obvia, uti, quum his solummodo confusus, facile a vero aberrare

errare queat. Sic lapides arte præparati, quæ alioquin compositiones appellantur, sapissime nudis oculis, a gemmis distingvi nequeunt.

Thef. XIX.

Eos qui rei Metallicæ præsumunt, in Mathesi & Mechanica versatos esse debere, neminem inficias iturum esse existimamus.

T A N T U M.

